



Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Einsidlense monasterium Vulgo Zum Eynsidlem in D. Constantiensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

*Einsidlene monasterium Vulgo Zum Eynsid-
lem in D. Constantiensi.*

860.

MOnasterium istud non procul à Tiguro originem habuit anno Christi 860. Sacellum ac cellulam sibi, ibidem ædificante S. Megimado Bertholdi Comitis à Sulgovio filio.

CAPVT XLVII. FOSVVERDENSE

*Monasterium, sesquimilliari à Docconio, Frisia
Occidentalis opido, olim situm.*

A.D. 866.

*Fostā non-
nulli F. stā
Deam in-
terpretan-
tur.*

Anno octingentesimo sexagesimo sexto, Haio Dominus Amalandiæ, ob votum Deo factum, in Amalandia monasterium fundavit, eo loco quo Fostæ templum conspiciebatur. Ad quod anno in sequenti Odilbaldus XII. Episcopus Ultraiectensis, petente Haione, pios aliquot monachos Benedictinos transmisit. Stetit autem monasterium dicto in loco ducentis quadraginta tribus annis, indeque post in Frisiæ, certas obcaussas, à quadam Comitissa est translatum. *Andreas Cornelius in Frisiæ Chronicis.*

Porrò Comitissa ista, nomine Anna, Domini Amalandiæ filia, & Adolfi Frenenburgij vxor exstitit, quæ Fosvverdense monasterium, ob iniurias piratarum, quibus erat obnoxium,